



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 136. Ambo Aureliam ingressi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

quærerent, ut sibi solis rerum summa Sæcul. XVI.
potiri liceret, hinc sua innocentia tutus A.C. 1560.
ob datam a Rege fidem nihil sibi timen-
dum putabat, nec majori negotio Con-
dæus Princeps fiducia sui ipsius dece-
ptus in eandem sententiam pertraheba-
tur: itaque ambo Pictavium regrediu-
tur, jussuque Reginæ Matris a Paulo
Thermo Marescallo perhonorifice exci-
piuntur.

§. CXXXVI.

Ambo Aureliam ingressi.

Ergo ambo Principes Pictavium in-
gressi Lochas usque iter suum pro-
sequuntur, comitante eos præfato Ther-
mo cum copiis suis utriusque latera sti-
pantibus, licet remotius id fieret, ne jam
pro captivis haberentur. Tandem die tri-
gesima Octobris Aureliam intrabant, fo-
lo Monpenserio Duce, & Rupifurionio
Principe cum exiguo admodum comi-
tatu eisdem obviam progressis: ubi cum
Navarræ Rex pro dignitatis suæ præ-
rogativa in Regis hospitium, quod in
Grolotii Aurelianensium Prætoris ædi-
bus sibi selegerat, equo vectus ingredi
vellet, portam aperire renuebant Sa-
tellites, quapropter hi duo Principes e-
quis suis descendere, ac per ostiolum
pedibus incedere cogebantur. Demum
ad Regis conspectum ambo admitteban-

I i 4 tur,

Sæcul. XVI
A. C. 1560.

tur, Guisii tamen in suis sedibus permanentes nequaquam in eorum amplexus pro more properabant, sed ambos remisse admodum excipiebant: postea vero Rex illos ad Reginæ Matris suæ cubiculum deduxit, minime sequentibus Guisianis, ibidemque obortis subinde lacrimis, vultuque ad tristitiam specie tenus composito Catharina illos exceptit, Rex autem sermone ad eos converso pauca de criminibus Condæo Principi objectis differuit, atque ob hæc, ut ea diluerent, ambos ad aulam esse evocatos dixit.

§. CXXXVII.

Condæus Princeps captus.

Thuan. 1. c.
Mem. du
Castel. 1. 2.
c. 10.
Belcar. com.
1. 29. n. S.

Verum Condæus Princeps nihil inde perterritus magna fiducia, ac voce minime tremula respondit: „cuncta crimina quorum postulor reus, sunt nonnisi si calumniæ a Guisiis Principibus confictæ, atque innocentia mea tutus ad Regis mandatum Aulam accessi, paratusque sum, ut coram Rege culpam diluam. „ Si tuis verbis veritas subsit, reposuit Rex, ad melius detegendam veritatem solita justitiæ via quærenda est: postea discedens Philippo Mallio Brezæo, & Francisco Chavignio Regii Satellitii Præfecto negotium dabat, ut Principem comprehenderet, atque